

Clem. Roman.

Eutychia.

Ministratio strictè sumpta Christo convenit ut homini.

Ministrare, id est, facere ut alii ministrarent.

Apoc. 13. 8.

Ministravit Christus per sui figuram et typos. S. Paul.

Quid Sionis nomine intelligendum.

hæc Deus Pater ostenditur, Spiritu quidem operante, Filio verò administrante. Clemens Romanus lib. 8. Constit. Apostolic. cap. 16. & alijs 12. ait, Christum Dominum ministrasse Patri in rerum creatione. Sic etiam dicitur Spiritus sanctus in Incarnatione Filii famulari, ab Eutychiano Papa Epist. 1. ad Episcopos Bæticæ colum. 1. Dei Filius natus ex Virgine, & Spiritu sancto ipso in hac operatione famulante.

1373 Si verò verbum ministravi, strictè sumatur pro obsequio inferioris ad superiorem, illud certè non cadit nisi in Christum Dominum, ut homo est: sic enim secundum humanam naturam, qua paulò minus ab Angelis minutus fuit, Patre est inferior, Patrique subjectus, ac deserviens. Et quidem verbum ministravi sic rigidè, proprieque accipiendum, & de Christo, quæ homo extat, sermonem hic esse, reor, nitor, atque con tendo, ut sæpè diximus. Christus enim erat, qui ab æterno prædestinatus, & præordina tus à Deo, coram ipso ministrabat, infervie bat, onus subibat, magistratum gerebat, sacrisque operabatur in Tabernaculo, & Tem plo: in quibus prælustres, ac multæ Christi figuræ, Propitiatorium præsertim, è quo res ponsa Judæis dabat, preces eorum audiebat, peccata condonabat: nec non sacrificia & Sacerdotes, in quibus ipse crebro crebrius Numini ministrabat, onus subibat, & sacris operabatur. In hoc quippe sensu accipiunt communiter Interpretes illa, Coram ipso mini stravi, id est, alios feci ministrare, seu per alios ministravi, vel in alijs ministerium obi vi. Qua ratione dicitur de Spiritu sancto ad Rom. 8. Postulat pro nobis gemitibus inenarra bilibus, id est, facit nos postulare, vel ipse in nobis, & per nos postulat. Et Christus ipse Apoc. 13. 8. Agnus occisus ab origine mundi, nempe in omnibus veteris legis sacrificiis, vel ab ipsius Abelis primo sacrificio. Unde S. Paulus in Epist. 27. ad Aptum: Ab initio seculo rum Christus in omnibus suis patitur; ipse enim est initium & finis, qui in lege velatur, in Evan gelio revelatur, mirabilis semper, & patiens & triumphans in sanctis suis Dominus. In Abel oc cisus à fratre, in Noe irrissus à filio, in Abraham peregrinatus, in Isaac oblatus, in Jacob famu latus, in Joseph venditus, in Moyse expositus, & fugatus &c. Sic etiam eodem sensu, in Taberna culo & Templo ministratus.

1374 Deinde, dubitari poterit, quid illud sit: In Sion firmata sum? Ut appareat, brevi ter obfero, Sion montem esse in sacris litte ris mirificè commendatum à situ saluberrimo, ab amplitudine, & celsitudine eximia, ab uber tate, & feracitate maxima: idcirco Psalm. 67. appellatur Mons Dei, id est, maximus, qualis Deum decet. Confule nostros Villalpand um Tom. 3. p. 1. lib. 1. c. 6. ubi de Sioneo monte latè ac dilucidè, & Pinedam lib. 5. de Rebus Salom. c. 5. §. 9. num. 52. ubi statuit, montem Sion nuncupari non illum dumtaxat collem, in quo David arcem Regiam, & civi tatem suam constituit; sed præterea etiam comprehendere montes alios adjacentes, id est, montem Moria, ut claret ex 2. Para. cap. 3. vers. 1. ubi Abrahami sacrificium, & Chri sti mors contigere. Imò & addit, Sion acci pi solere synecdochicè pro Jerusalem; quod etiam fusè probat in c. 1. v. 1. Ecclesiastæ. Subinde deducitur illorum sacræ scripturæ te-

stimoniorum sensus, ubi dicitur Salomonicum Templum in Monte Sion ædificatum Pf. 9. 12. Pf. 33. 2. Pf. 42. 4. Pf. 77. 68. Pf. 83. 8. Isai. 31. 9. & 1. Machab. 4. 38. & cap. 5. 54. & c. 7. 33. Quin etiam notaverim, montem Sion usurpari solere non semel pro Templo ibi extructo; ut constat ex locis proximè relatis & ex Pf. 75. 2. Et habitatio ejus in Sion. Pf. 47. 2. Magnus Dominus, & laudabilis nimis in ci vitate Dei nostri, in monte sancto ejus. Isai. 31. 9. Dominus, cujus ignis est in Sion: id est, in Templo.

1375 Ex his maneat, perinde esse æter nam Dei Sapientiam Christum Dominum fir mari in Sion, atque in Templo Jerosolymi tano ibi constructo. Dicitur autem firmata (Græcè ἐσπίρησθαι à verbo στερεῖν, id est, ful cita, affirmata, affixa, quasi columnis nixa, stans firmiter ad instar columnæ) quia non jam ut olim, in domo cedrina, portæ sub papilionibus habitabat Deus; sed in Templo augustissimo, firmissimo, stabili, columnis ni xo marmoreis, innumeris; quod illis æneis co lumnis in porticu ipsius Templi statutis Salomō significare forsam voluit; nam imposita eis no mina Jachin, & Booz arcana sunt, & firmita tem significant, & fortitudinem 3. Reg. 7. 21. & 2. Paral. 3. 15. Ezech. 40. 49. ut si gnificaretur robore plusquam æneo confir matum iri à Deo Templum illud. Rectè Ly ranus: Et sic in Sion firmata sum. Ista firmatio non dicit aliquam mutationem in Deo; sed in creatura, in qua firmius stabiluntur dona divi na. Dicitur autem Dei Sapientia firmata in mon te Sion, eò quod ibi fuit ædificatum Templum 3. Reg. 6. in quo arca, & propitiatorium, que repræsentabant sedem Dei, habuerunt stabilem mansionem, nec ultra fuerunt portata de loco ad locum, sicut antè fuerant per desertum, & pos tea in terra promissionis.

1376 Illud item enodandum: Et in Civitate sanctificata similiter requievi. Romanus Codex, & translationes suprâ præjactæ, habent: in civitate dilecta, chara, sive sancta. Et quidem sanctificata pro sancta debet usur pari, ut apud Catullum: mens sanctificata, id est, sancta. Appellat civitatem sanctam civitatem David in monte Sion ædificatam, sic dictam à tempore, quo arcem Sion Rex David expugna vit 2. Reg. 58. & lib. 3. cap. 2. lib. 4. cap. 8. Aut civitas sancta erit Jerusalem ipsa, quæ civitas sancti, sancta, & sanctificata dicitur Isai. 64. 10. Civitas sancti tui facta est deserta. Hebraicè: civitas sanctitatis tuæ, id est, sanctuarii tui. Ad dit: domus sanctificationis nostræ, aut ex He braeo, sanctitatis nostræ. Et c. 48. 2. de civitate sancta vocati sum. Et c. 52. 1. Jeremice 31. 23. Benedicat tibi Dominus pulchritudo justitiæ, mons sanctus. LXX. & Chaldæus: habitaculum justitiæ. Et Zach. 8. 3. Et vocabitur Jerusalem civitas veritatis, & mons Domini exercituum, mons sanctificatus. Similiter Daniel. 3. 28. & 2. Esdræ 11. vers. 1. & 18. Matth. 4. 5. & cap. 27. 53. Sic appellabatur, quia ibi multa sacra obiri solita, ibi Deus suum habe bat domicilium & Templum quasi palatium, in de suam in Jerosolymitanos derivabat benevo lentiam, justitiam, sanctitatem, & sanctificatio nem: ibi quasi Rex è folio suo suum moderaba tur populum sanctissimis legibus: & in Jerusa lem potestas mea, Græcè, ἐξουσία, regalis ma jestas, seu præcellens dignitas. Ibi post proluxa quadraginta annorum itinera, post continuos

præteritorum bellorum tumultus requievit. Quod emixè postulabat pius Cantor Pf. 131. 8. Surge Domine in requiem tuam, tu & arca san ctificationis tuæ. & 2. Paral. 6. 41. 1377 Hæc omnia futurorum Ecclesiæ Chri stianæ eventuum prolium quoddam erant. Nam Tabernaculum à Moyse erectum bellif simè præsignabat Ecclesiam Christi primitivam de loco in locum mobilem, oppressam, de spectam; proculcatam per desertum, & usque ad Templi Salomonici structuram. Hæc verò au gusta & magnificentissima Basilica, in quam translata testamenti Arca fuit sub pacifico Monarcha Salomone, adultæ jam Ecclesiæ progressus, in comparandam celsitudinem, pa cem, tranquillitatem, nomen in Insulis & gentibus magnum, splendide portendebat. De quo noster Villalpandus Tom. 2. in Ezechie lem p. 2. c. 10. fol. 25. id illustrans sanctorum Patrum testimonius. Unum illud ex sacris litte ris mihi expendendum suscipio. Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Cant. 1. 4. Verba sunt Ecclesiæ catholicæ, tum initio per secutionibus exagitata, & coactæ, urbibus re lectis, per agros errare, montesque; tum deinde pace multa, firmitudine, ac dominatu per fruventis. Status prior per Tabernacula desi gnatur Cedarenorum, facta interim allusione ad Moyse Tabernaculum, quod fuit Templo prius. Nigra dicitur primitiva Ecclesia, tunc mobilis & oppressa; Sicut Tabernacula Ceda renorum vagantia per desertum, illuvie hor rentia propter imbrium, & temporum injurias. Ubi S. Thomas: Dicit ergo Ecclesia, se nigram esse, sicut tabernacula Cedar; propter persecutio nes, quas patiebatur à filiis tenebrarum, quod interpretatur Cedar. Similiter Justus Orgelita nus, & sacri alii expositores, & Patres.

Christus igitur, qua ratione suprâ explicavi mus, non solum coram Deo ministrabat in Mosaico Tabernaculo; sed in Templo etiam

Pf. 131. 8.

Ecclesia primitiva per Tabernaculum designata; adultæ vero per Templum Salomonis.

Cant. 1. 4.

S. Thom.

præteritorum bellorum tumultus requievit. Quod emixè postulabat pius Cantor Pf. 131. 8. Surge Domine in requiem tuam, tu & arca san ctificationis tuæ. & 2. Paral. 6. 41. 1377 Hæc omnia futurorum Ecclesiæ Chri stianæ eventuum prolium quoddam erant. Nam Tabernaculum à Moyse erectum bellif simè præsignabat Ecclesiam Christi primitivam de loco in locum mobilem, oppressam, de spectam; proculcatam per desertum, & usque ad Templi Salomonici structuram. Hæc verò au gusta & magnificentissima Basilica, in quam translata testamenti Arca fuit sub pacifico Monarcha Salomone, adultæ jam Ecclesiæ progressus, in comparandam celsitudinem, pa cem, tranquillitatem, nomen in Insulis & gentibus magnum, splendide portendebat. De quo noster Villalpandus Tom. 2. in Ezechie lem p. 2. c. 10. fol. 25. id illustrans sanctorum Patrum testimonius. Unum illud ex sacris litte ris mihi expendendum suscipio. Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Cant. 1. 4. Verba sunt Ecclesiæ catholicæ, tum initio per secutionibus exagitata, & coactæ, urbibus re lectis, per agros errare, montesque; tum deinde pace multa, firmitudine, ac dominatu per fruventis. Status prior per Tabernacula desi gnatur Cedarenorum, facta interim allusione ad Moyse Tabernaculum, quod fuit Templo prius. Nigra dicitur primitiva Ecclesia, tunc mobilis & oppressa; Sicut Tabernacula Ceda renorum vagantia per desertum, illuvie hor rentia propter imbrium, & temporum injurias. Ubi S. Thomas: Dicit ergo Ecclesia, se nigram esse, sicut tabernacula Cedar; propter persecutio nes, quas patiebatur à filiis tenebrarum, quod interpretatur Cedar. Similiter Justus Orgelita nus, & sacri alii expositores, & Patres.

1378 Alter orthodoxæ Ecclesiæ status tran quillus, splendidus, gloriosus altero ostendit hemistichio: Sicut pelles Salomonis. Quod ut probem, suppono ex non nullis majoris no tæ Interpretibus, pelles Salomonis, ad quas hic fit respectus, esse illas, quibus voluit Salomon, absolutè Templi fabrica, contegi fœderis Arcam, etiam intra sancta sanctorum collocatam. Sentiunt ita S. Thomas, Hailgri nius Cardinalis, & Nicolaus de Lyra, imò Ori genes Hom. 2. ex quatuor, & Apponius, nec disident noster Serlogus, qui eas pelles con cedit raræ pulchritudinis fuisse, & exquisitas, variegatas, molles, suaveolentes, pretiosas, cum non ad arcendos imbres, sed ad cul tum & ornatum essent à tanto Rege dispo sitæ: quales illæ fuere, quibus velata eadem Arca est à David, quando eam sua collocavit in Regia 2. Reg. 6. 17. & 1. Paral. 15. 1. ubi videndi Tostatus q. 1. & 3. & q. 29. in c. 17. ejusdem libri, & nostri Sanctius in 3. Reg. 8. 5. & Salianus Tom. 3. Anno mundi 2990. n. 8. Ex his mihi claret; cum Ecclesia illis pellibus Salomonis assimilatur, Salomonicè assimilari Templo, in quod Arca translata, uti in sedem, non mobilem & quasi commodatam, sed im mobilem, ac fixam, eximii splendoris, & ma gnificentiae. Sic pulchra Ecclesia in altero statu sicut pelles Salomonis, sicut Templi constructio.

Christus igitur, qua ratione suprâ explicavi mus, non solum coram Deo ministrabat in Mosaico Tabernaculo; sed in Templo etiam

Jerosolymitano, vel ipsis Ecclesiæ Catholice umbris deserviens intentissimus: in monte Sion firmatus, in civitate sancta similiter re quiescens, & in Jerusalem regalem habens potestatem. Quod in Deiparam ejus Geni tricem cadit similiter, uti ex illustratione tex tus constabit.

TEXTUS ILLUSTRATUS

De Christo Domino.

SECTIO X.

Christus Dominus, qui venit non ministrari, sed ministrare, in Moyse Tabernaculo, & Salomonis Templo ministrare edi scebat.

1379 Gloriosè proficitur Incarnata Sapien tia, se in habitatione sancta coram Deo ministrasse, Deo inservisse, imò & hominibus quoque, non ex subiectione, sed ex dignatione mira, uti observat hic Palacios. Neque insolentem judices hanc loquendi formulam. Nonne S. Paulinus suprâ relatus verè scripsit: Christus ab initio seculorum in omnibus suis patitur &c. in Jacob famulatus? In Jacob pro fugo Jacobea proles Christus servitute se ob strinxit pro pulchra Rachele; quasi serviens in Progenitore pro uxore edisceret, quomo do pro Synagoga & Ecclesia corporatus jam servitutus esset. Ut enim Rupertus lib. 7. in Gen. c. 29. Quanam fuit servitus, qua Chri stus pro Rachel, id est, pro Synagoga servit? Nempe illa, de qua dicit Apostolus: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens &c. In diuturno illo Jacobi servitio ediscebat Christus diu turnius ministerium aliud, quod Ecclesiæ amoribus actus, pro hominibus erat obiturus. Sic de Christo ante Incarnationis opus in as sumpta hominis specie veteribus Prophetis & Patriarchis apparente ajebat Tertullianus contra Praxeam c. 16. Ediscebat, ut nobis fidem sterneret, ut facilius crederemus, filium Dei descendisse in seculum, si & retrò tale quid gestum agnosceremus. Rem adhuc solerter ex pendamus, & si vulgaribus testimonis, non vul gariter illustratis, quæ Christi servitium in ve teri Synagoga, & in Catholica Ecclesia famu latum mirificè concilient.

1380 Sap. 18. 21. sic loquitur Salomon de Aarone, primo Mosaici Tabernaculi Pontifi ce infulato. Properans homo sine querela, de precari pro populis, proferens servitutis sue scutum, orationem, & per incensum depreca tionem allegans restitit ira, & finem imposuit necessitati, ostendens, quoniam tuus est famulus. Tangit Numerorum historiam c. 16. 47. de igne grassante, & conflumente murmurato rem populum; in cujus auxilium properans Aaron, irato Deo obvius stetit preces fun dens, & suavissimum offerens thymiamam; quo plagæ finem imposuit. Illud hic præsertim premendum; proferens servitutis sue scutum, nempe orationem. Græcè pro servitutis, est λυτρωγίας, ratione, Missam, nempe orationem. Græci vocant λυτρωγίας liturgiam. Certè hoc Aaronis in Tabernaculo

Aaron irato Deo obvius stetit servitutis sue scutum, nempe orationem. Græci vocant λυτρωγίας liturgiam. Certè hoc Aaronis in Tabernaculo G g 4 ministe.

Aaron typus Christi, qui in illo ministrabat, uti servus.

S. Isidor.

Vetera sacrificia omnia divino cultui servientia, & populi commodis, Christi figuram tunc in servientis.

Apoc. 13.

Isai. 43. 24.

Peccata pro sacrificiis ob peccata.

ANON

Ose. 4. 8.

1. Cor. 5. 21.

ministerium, quaedam indubie servus fuit, & coram Deo servitium pro populi incolumitate, cui & ipse ministrabat, tanquam verus Dei famulus. Quorsum haec? Paucis dicam. Aaron, ex communi Patrum & expositorum mente, Christi supremi Ecclesiae Antistitis typum prae se ferebat, & personam agebat. Unde in illo, & per illum in Tabernaculo ministrantem Christus ministrasse putandus est, quasi antitypus in typo, seu in umbra veritas. Exinceps jam ediscebat Christus, quomodo, abjectissimi servi formam acceptam, suae esset Ecclesiae coram Patre ministraturus, proferendo servitutis, liturgia, Missae suae, sive sacrificii sui scutum, ut divinam in homines iram cohiberet, sedaret, averteret. Iste Sacerdos (ait S. Isidorus ad c. 16. Numerorum) iste de caelo veniens, plagam nostram exclusit; iste inter vivos & mortuos natus, vel mortuus. Sic & thuribulum passionis suae accipiens, suspendit ignis aeterni perniciem, inimicam pertulit mortem. Quod postea re ipsa effecit, facere tunc typicè ediscebat. Atque hoc illud esse putaverim, quod de se ait: In habitatione sancta coram ipso ministravi. ponitur enim hic vox illa ministravi; id est, in templo seu Tabernaculo sacris operatus sum, publicum & sacrum Sacerdotis obivi ministerium: Servi primero in el Tabernaculo para aprendere alo experimental à servir en mi Iglesia.

1381 A Sacrificante ad ipsa devenimus sacrificia numerosè in Tabernaculo & Templo administrata. Certè quotquot illa fuisse sive boum, sive arietum. sive ovium & agnorum, sive caprarum & haedorum, sive turturum & columbarum, divino illa culti inserviebant; imò, & populi commodis, quem iustificabant, non ex opere operato (uti sacrificia & sacramenta novae legis, quae secundum se Deo placent,) sed ex opere operantis, ex debito mentis affectu offerentis, & ex re significata, nempe Christo Domino, ejusque meritis. Christum enim Dominum omnibus illis veteris legis sacrificiis fuisse adumbratum, qui se ipsum Deo immolavit in ara Crucis pro totius mundi salute, in confesso est apud Patres, & Concilia. Atque in hoc sensu dicitur Jesus Apoc. 13. Agnus occisus ab origine mundi: occisus in umbris & figuris; nam in sacrificiis Abelis, & caeteris per tot saecula usque ad Crucis sacrificium oblati, Christi occisio praefigurabatur, & ipse in omnibus & singulis typicè immolabatur, coram Deo ministrabat, hominibus inserviebat tanquam victima & sacerdos; ediscens sic experientia illa quali quali, quomodo homo jam factus, ad Crucis aram semetipsum victimam re ipsa esset oblaturus. Hunc mihi sensum reddidit Isaias cap. 43. 24. Dei personam agens, vetera sacrificia abrogantis. Servire me fecisti in peccatis tuis: praeibisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Etenim peccata vocat oblatas ante Deum victimas ob peccata offerentium, & eorum pro quibus offerebantur. Unde hostia pro peccato Hebraicè est *catab*, id est, peccatum.

1382 Inter reliqua Mosaici Tabernaculi & Salomonici Templi sacra supellestia, vas unum erat, seu Urna aurea Manna caelestis quidem cibo plena, & in sancto sanctorum ex Dei praescripto reposita coram Domino. Exod. 16. 32. ad Hebr. 9. 4. Jussit id Deus, ut perpetuum extaret divinae alimoniae monumentum, quo ipse populum suum in vasta solitudine diu peregrinantem, per quadraginta continuos annos pavit, deplente singulis diebus summo ab aethere, & Angelorum ministerio, Manna; quod una in specie esca cum esset, virtute & gustu omnes complectebatur. Quid quaeso, hoc aliud fuit, quam parari à Christo mensam in deserto? Pl. 77. 19. Quid aliud fuit, nisi regali convivio adornando sese ipsam incarnandam Sapientiam man-

populi sui, id est, hostiis illis, victimis, & universo cultu Tabernaculi, & Templi; quia in omnibus illis sacrificiis typicè mastrabatur Christus, tanquam res praefigurata, & in Crucis ligno mastrandus.

1382 Septuaginta Interpretes legunt: In Christus peccatis tuis defendi te. Complutensis editio; quasi scutum pro scuto me opposui. Leo Castrus significantius vertendum putat: in peccatis tuis scutum meum opposui pro te. Eusebius Caesar. apud Castrum: in peccatis tuis pro te steti, vel oblatum sum. Ecce qua ratione inserviebat Hebraeorum populo Christus. Nimirum dum victimam illae Deo offerebantur ad ejus iram sedandam, & gratiam conciliandam, Christus ipse typicè offerebatur in victimis; ipse pro cliente stabat, seipsum pro hominibus irato Numini obiciebat, pro scuto sese opponere; sic profrens servitutis suae scutum (ut ajebat supra Rex sapiens) orationem, & per incensum deprecationem, restitit ira Dei: didicitque quo pacto, humana naturam hypostaticè sibi unitam, coram Deo ministraturus esset, & hominibus inserviturus, servilis conditionis pondus assumendo, mortem subeundo acerbissimam & ignominiosissimam, ac seipsum victimam expiatoriam offerendo. Ideo continenter subtextit Isaias: Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Quasi dicat: Vestra haec sacrificia parum sunt ad expiandum peccatum efficacia; quòd si vim aliquam expiatoriam habent, habent quidem à me in illis praesignato, & ministrante. Erit erit tempus cum non jam typicè inserviam, sed re omnino ipsa per memetipsum. Nonne hoc illud est quod ipse apud Matth. 20. 28. ajebat: Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare; & dare animam suam redemptionem pro multis? Quasi Christi mors, sit ejus servilis ministratio. Quò spectat Psalmus 28. Psalm. 39. 9. ubi Christus loquitur: Sacrificium, & oblationem nolisti (vetera nempe parum Deo grata,) aures autem perfecisti mihi. Hebraicè, aures autem perforasti mihi. Atqui, cum aurium perforatio esset apud Hebraeos servitutis signum, ut videtur clarere ex Deuter. 13. 17. & Exod. 21. 6. servum se profiteretur Christi, servilem formam assumpsisse, & servile passionis pondus subiisse, imò plusquam servile, ut observat S. Bona. de perfectio. vitæ cap. 6. Filius erat, & factus est servus; & non solum formam servi, ut subisset, accepit, sed etiam mali servi, ut vapularer: & erat non solum servus servorum Dei, sed servus servorum diaboli, factus serviens infima peccatorum peccata expurgando.

1383 Inter reliqua Mosaici Tabernaculi & Salomonici Templi sacra supellestia, vas unum erat, seu Urna aurea Manna caelestis quidem cibo plena, & in sancto sanctorum ex Dei praescripto reposita coram Domino. Exod. 16. 32. ad Hebr. 9. 4. Jussit id Deus, ut perpetuum extaret divinae alimoniae monumentum, quo ipse populum suum in vasta solitudine diu peregrinantem, per quadraginta continuos annos pavit, deplente singulis diebus summo ab aethere, & Angelorum ministerio, Manna; quod una in specie esca cum esset, virtute & gustu omnes complectebatur. Quid quaeso, hoc aliud fuit, quam parari à Christo mensam in deserto? Pl. 77. 19. Quid aliud fuit, nisi regali convivio adornando sese ipsam incarnandam Sapientiam man-

In Ecclesia Christiana non jam typicè inservit, sed re ipsa, ut servus.

In Ecclesia Christiana non jam typicè inservit, sed re ipsa, ut servus.

S. Bonav.

Manna caelestis esca à Christo parata, & ministrata.

Sap. 16. 20.

Manna, Dei substantia id est Christi.

Glossa.

Christus in manna subserviens, & obediens in Tabernaculo.

Cant. 1. 1.

Tuccius.

Quasi servus pocula ministrans potus nos Christus suo sanguine.

Formam servus habet in Eucharistia.

Dion. Alex.

mancipari? Christus sanè ipse hunc caelestem cibum hominibus ministrabat. O quam luculenter id testatur Salomon Sap. 16. 20. Angelorum esca nutriti populum tuum, & paratum panem de caelo praestitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Cujus rei rationem reddat: Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat; & deserviens uniuscujusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur. Quasi dicat: Ideo Manna unus cibus universis simul aggregatis aequivalebat, quia substantia Dei erat. Quod sic praclare explicat Opatius Milevitanus relatus à Glossa ordinaria. Parisiensi filium esse Prophetis jam olim designatum est oraculis, dicente Salomone: Substantiam enim, & dulcedinem tuam, quam in filios habebas, ostendebat. Quam figuram, & imagine panis caelestis, populo Israel caelestis apparet profusisse. Vides Dei Filium Christum Dominum substantiam illam esse, quae typicè è caelo profuit, Manna defluente? Hæc porro substantia inservivisse dicitur peregrinanti per eremum populo: deserviens uniuscujusque voluntati. Ipsa Dei substantia, ipse Christus in Manna subserviens intelligitur & obediens hominum voluntati, desiderio, & appetitui. Quid hoc? Ediscebat exinceps Verbum, quomodo corporatum seipsum, non typicè jam, non figurativè, sed verè ac re ipsa, in cibum & potum hominibus esset ministraturus in alma Eucharistia; ubi indubie servi in mensa ministrantis personam agit.

1384 Audi, obsecro, sponsæ suspiria Cant. 1. 1. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua vino fragrantia unguentis optimis. Tuccius Annotatione 1. in Cantica, ex Hebraeo vertit: Potet me, potabit, potum dabit mihi: atque ita mature explicat ad finem illius Notationis: Potum dabit mihi amor meus, sicut qui pocula ministrat, & cyathos. Quia Deus homo factus, pro me passus, suum calicem mihi praebebit; jubens me & potare suum sanguinem. Ut verò hæc Tuccii explicatio sibi constet, & Vulgaræ translationi consonet, osculetur legenti, observo allusionem fieri ad ministrantes in mensis pocula pueros ornatissimos, qui convivium osculabantur poculum excipientes, in signum subjectionis, ut patet ex Plauto in Persa, & in Asinaria; Da puer à summo, age tu ab infimo da suavius. Id est, ab eo, qui est in primo loco usque ad illum, qui est in infimo præbe poculum, quod quia dum ministrabat, conviviam osculabatur, dixit: da suavius. Itaque sponsa in nuptiali convivio fastidians oscula ministrantium, ad Christum convertitur, & ab eo, uti à ministrante ad mensam, osculum petit, & Dominici sanguinis poculum: Osculetur me, potet me: sicut qui pocula ministrat, & cyathos; & osculum dat submissionis indicium. Cernis subservientem Christum in mensa Eucharistica? Ministrat ille convivis suum proprium cruorem, & carnem, qui in Manna substantiam suam olim typicè inserviebat. Luculenter Paulus ad Philip. 2. 7. Semetipsum exinanivit formam servi accipiens: adhibita Dionysii Alexandrini interpretatione in Epist. contra Hæresiarum Samosatensem. Exinanitionem dicit (ait ille) factam ad nos ad capiendum sacramentum vitæ per puras, & incorruptibiles, ac divinas ipsius manus, ut possimus fideles ejus capere ipsum, ac fieri manso-

Dei accipientes eum totum. Non erat Christus naturâ vilis, & servus, sed naturâ Dominus; serviendo autem, atque hominibus ministrando suum corpus & sanguinem qua ratione ministrat in Eucharistia sacramento, exinanivit semetipsum; ut subtextit Dionysius: Qui enim dominatur, serviendo facit exinanitionem sui. O obsequiosa Dei bonitas! O mira Christi dignatio! O nova benevolentiae ars!

1385 Denique observo quod magis mireris: nempe Christum sua jam in gloria constitutum nequaquam à ministerio & obsequiorum submissione quiescisse; adhuc ibi humanitatem suam vel in humili obsequio demonstrat, æternumque demonstrat; adhuc in illo regno, & habitatione sancta coram Deo æternum convivium ministrat filius immortalibus. Ministravit primò in manufacto Tabernaculo: deinde in non manufacto non hujus creationis, non humani artificii, & fabricationis, nempe Christiana Ecclesia: ac demum introivit semel in sancta, aeterna redemptione inventa: id est, in ipsum caelum (ut Paulus ad Hebr. 9. 24. scribit) ut appareat nunc veluti Dei pro nobis: ut apparendo oret, & interpellat pro nobis: & signatim ut gratum servitium exhibeat suis, & convivia ministrat lautissima. Est hoc, quod ipse ajebat Luca 12. 37. Beati servi illi, quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes: amen dico vobis, quod praecinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Audi S. Thomam in Opus. 63. cap. 2. §. 3. numero 10. sic subtiliter & sapienter sententiam: Est & aliud (in æ. S. Thom. terna Beatitudine) inflammans animam ad amandum Deum, scilicet divina humilitas, de qua nimis admiratur anima. Nam Deus omnipotens singulis Angelis sanctisque animabus in tantum se subiecit, quasi sit servus emptius singulorum: quilibet verò ipsorum sit Deus suus. Ad hoc inveniendum transiens ministrabit illis, dicens Psalm. 81. 6. Ego dixi: Dii estis. Hæc autem humilitas causatur ex multitudine bonitatis, & divine nobilitatis, sicut arbor ex multitudine fructuum inclinatur. Quid argutius? Facessit magnum negotium Interpretibus illud Christi pronunciatum Mat. 11. Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista: qui autem minor est in regno calorum, major est illo. Assentio Augustino, Hieronymo, Bedæ, & aliis apud Maldonatum nostrum existimantibus regnum calorum, hic caelum ipsum esse. Minorem autem in eo regno Christum ipsum extare putant Rupertus, & alii. At quomodo Christus in caelis regnans, minor? Aperit Rupertus lib. 9. Christus Jesus minor cunctis parvulis, humilior humilibus cunctis, miro modo ministrans, ut minimus, regnans ut maximus. Porro celsitudinem suam vel in humili obsequio ostendit Christus in caelo, humilior cunctis, & submissione mira omnibus, & singulis, ministrans coram Deo in Tabernaculo illo, quod nequaquam transferri poterit, &c. Isai. 33. 20.

1386 Commendat luculenter Incarnata Sapientia non suum dumtaxat supremum

SECTIO II.

Regia Christi sedes in Jerusalem unde olim Israeliticum populum gubernabat; sic præulens futuram ipsius in Ecclesia Christiana regimem & gubernandi gloriam.

1386 Commendat luculenter Incarnata Sapientia non suum dumtaxat supremum

beatitudine æternum convivium uti servus emptius ministrat.

Ad Heb. 9. 11.

Luc. 12. 37.

Matt. 11. 11.

Minor in regno calorum Christus dicitur, id est, humilior, cunctis ministrans. Rupert.